in Rem Villæ Kubile Wyknes Antiqua Quæ est Bene super Kopieldwo à Nn Kubilow

Boletyłowna Dietrzykowska Reformatio

Coram officio et actis præsentibus Castren Capitanei Bransen ptr Comparens Nobilis Stanislaus filius Nobilis Joannis Dietrzykowski sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Mariannæ filiæ Nobilis Gregorij Boletyło consorti vero suæ futuræ in matrimonium sibi desponsatæ in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in bonis Dietrzykowo Gołębki et alibi ubivis locorum consistentium videlicet in areis hortis agris pratis campis silvis summisque pecuniarijs nunc habitis et in post favente divina clementia habendis et acquirendis sequovismodo hæc iuris titulo concernendis ratione veræ dotis post eam accepta et in bona sua inportatæ summam Quadringentorum flor polon dotis et aliam summam Centum floren polon addotalicij inscribit reformat et assecurat dotalicij et addotalicij iure more aliorum dotaliciorum et reformationum hoc in Regno Poloniæ observari solitorum personali sua recognitione in præmissis mediante.

Bolestow Quietatio cum Submissione

Coram officio et actis præsen Castren Capitanei Bransen ptr Comparens Nobilis Josephus olim Mathiæ Bolesta sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobilem Bartholomeum Bolesta et Zophiam Nazowska Coniuges de causa et actione ipsis ad officium nostrum ratione de bonis in hæreditate Bolesty consistendis ipsi per Nobilem Stanislaum Bolesta priorem eius maritum inscriptis expulsionem institutæ ob missionem sibi eorum bonorum quietat emittit et liberum facit ac processum cassat causæ huius Ratione cuius emissionis hic idem personaliter stans præfatus Nobilis Bartholomey Bolesta nomine suo et præfatæ Zophiæ Coniugis suæ aqua de rato et grato cavet submittit se amplius præfatum Josephum in bonis prædictis nec non seminatis per ipsum satis impedire nec possessionem pacificam quovismodo præpedire sub pœna quatuordecem marcarum Polon Et Coram officio præsenti peremptoria respondet omnibus controversijs exceptionibus allegationibus motionibus apellationibus dilationibus evasionibus ac earum prosequutionibus se et suos successores auti abrenunciat et abrenunciando sub amissione suæ totius et integræ causæ

Kruszewo Brodowo Donatio

Coram officio et actis præsentibus Castren Capitanei Bransen personaliter comparens Nobilis Zophia filia olim Gregorij Kruszewski consors Nobilis Valentini Kumienski cum eiusdem mariti sui ut tutoris coniugalis personali assistentia et consensu præsentaneo sana mente